



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Capitularia Regvm Francorum

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

50. Indiculo commendatorio ad viris illustres laicis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

rit opportunus ut ad indagandam sospitatem vestram nostras dirigere debeamus litterolas. Idcirco cum salutationum officii humili prece almitati vestrae quasumus ut pro nobis misericordiarum dominum, ubi dignas sedulâsq; funditis preces, exorare non dedignemini quatenus vestris fultis precibus olim optatam adire mereamur patriam. Pariterque latores presentes famulos vestros, fratres in Christo nostros, quos ob necessaria monasterij nostri illuc usque destinavimus, vestrae beatitudini plurimum commendare praesumimus, ut eis in quo necessarium duxerint solatium praebere pro divino intuitu non dedignentis. Vale pro nobis orans, Domne sancte ac beatissime pater.

*Supplicatio pro eo qui in monasterio conversare desiderat.*

XLVIII. Domino sancto, Dei que cultore, & mihi in Christo honorabile fratri, illi Abbati, ille salutem optans mitti in Christo. Primum illud tanquam praesens sanctis vestris suggero provolutus pedibus ut meae extremitatis litterolae, cum vestris fuerint sacris manibus traditae, pro me meisque, quos mihi in Christo cohaerere fecit amor, fratribus, precibus Domino commendatis. Deinde subjectus vestri frater in Christo noster ille, superno inspiratus munere, vestrae sanctitati obedientiae nostras se petit litterolas almitati vestrae commendari, per quas suppliciter postulamus ut ovem fauce lupi boni pastoris Christi manu erepta, ad caulas Christi gregis tua sit diligentia reducta, ac vice patris ac medici pia, oro, circa hunc sit vigilantia agrum: quem si pristinae redditum sanitati pastor omnium cum ceteris praesentaveris inlaesum, quae sequatur tuo merces laboris, optimè divinis nostri instructus oraculis. Vale, memor esto mei venerabilis in Christo frater.

*Indiculum generale ad omnes homines.*

XLIX. Domino nostro, orthodoxo Romanae sedis apostolicae à Deo instituto illi Papae, vel omnibus apostolicis Dominis & patribus, seu Abbatibus; vel Deo dicatis caenobiis degentibus, necnon & inlustribus viris Patriciis, Ducibus, Comitibus, vel omnibus Christiani cultus divine religionis sectantes, ille peccator Episcopus vilissimus omnibus in Domino praesumo mitti salutem. Quatenus praesens portitor ille, radio inflammante divino, non (ut plerique mos est) vacandi causa, sed propter nomen Domini, itinera ardua

& laboriosa parvipendens, ob lucrandam orationem, limina sanctorum Apostolorum Domini Petri & Pauli adire cupiens, meae parvitate se petit vestrae commendare almitate ac industriae litterolas, per quas vilissimus omnium, tanquam vestris provolutus vestigiis singulorum, supplicare praesumo ut pro me minime exorari jubeatis, & eundem euntem vel redeuntem, si Dominus permiserit, propter nomen Domini solita pietate commendatum recipiatis, & quod necesse habuerit impertire tanti habeatis; quatenus ab ipso mereamini mercedem recipere cumulum qui sibi dixit impleri quantum quis in suis pauperibus visus fuerit erogare.

*Indiculum commendatitium ad viros inlustres laicos.*

L. Domino inlustre, & praecunctorum magnificentissimo, ac nobilitatis prospaeritate decorato atque sublimato illi, ille peccator in Domino praesumit mittere salutem. Quamquam vestra excellentia meae parvitate minimè sit cognita, tamen multorum relatione didici vestram in Domino maximam devotionem & in servos Dei vel pauperes ejus ob aeterna retributione sollicitudinem non pigram. Qua fiducia provocatus, hos apices vilitatis meae per latores praesentes famulos vestros, fratres in Christo nostros, ad dominationem vestram direximus; per quos vestram industriam, si praesumptio non offendit, plurimum salutare praesumo; & peto ut eis euntes vel redeuntes, in quo necessarium duxerint, propter nomen Domini solita pietate consolare jubeatis.

*Indiculum ad homines potentes palatinos, maxime ad cognitos sibi.*

LI. Domino inlustri & praecunctorum magnificentissimo viro illi ille peccator perennem in Domino mittit salutem. Vberem strenuitatis vestrae agapem erga nos potissimo jure flagrantem litterarum seric non omittimus excitare, quò, avidi facilitatis vestrae quaestus praesolantes, uberes in Domino à vobis fructus semper suscipiamus, & dum praesenti in vita tibi rerum arbiter locum dedit quo & Ecclesiarum & amicorum feras suffragia, non pigeat subire laborem qui in posterum mercedem conferat lucra, & nunc multiplicia ex numero amicorum ferant suffragia, & unde tibi praesentium portitores, fodales mei, famuli vestri suggererint, pie obaudientes affectui mancipetis. Vale vir vigoratque tuorum decus amicorum. Omnipotentis